

SERMO

LXVIII.

poterit iustificari. Nunc similiter emittit perfecta caritas. scilicet caritas sufficientiens non emittit eum sed stat cum eo. Talis timor non est in perfectis viris. Sextus est filialis qui quis cauere a malo solum propter offensam dei timens leuari ab eo. Talis timor habet oculum solum ad offensam dei. Nunc timor non emittit caritatem immo stat cum caritate quia talis timor est perfectorum filiorum dei. pueri. xxviii. Beatus homo qui semper est pauidus. Talis timor est donum spiritus sancti. Job. i. Erat vir ille iustus et rectus ac timens deum. Septimus est timor sanctus siue reuerentie quo homo cum quodam timore pio deum reueretur qui etiam erit in patria. Psal. Timor domini supereminet se. Sic ergo perfecta caritas omnes timores excludit propter naturales filiales et sancti. Sufficiens vero caritas non excludit inuicem nec humanum nec mundanum propter sunt peccata venialia. Et sic patet quantum. Sexto reducendo inducit nos ad dilectionem dei dicens. Nos ergo diligamus deum quoniam ipse propter deum nos. Magna inuitatio ad amandum est peruenire amare. Math. xxi. Diliges deum deum tuum cor et totam animam tuam et ex toto mentem. Aug. Domine celum et terra mare et omnia que in eis sunt dicit mihi ut amet te. Et ista dilectio debet esse ita magna ut etiam primum propter deum diligamus. Debemus enim primum diligere in deo et propter deum et ideo non potest esse quod homo diligat deum et odiat primum quia tantum diligat homo quantum agnoscit quod bonum sit primum autem est bonum magis agnoscit. Cum ergo in primo sit imago dei et per deum deus agnoscatur in primo sic in imagine sua quomodo diligemus deum quem non videmus si primum odiamus in quo relucet imago dei et per hoc in ipso aliquantulum deum agnoscimus si enim id quod de eo agnoscimus non diligimus quomodo id quod non agnoscimus diligemus. Nisi forte dicatur. Diligo primum in quantum est imago dei si non aliter. Dicendum quod talis dilectio sufficit sed quod homo diligat primum in quantum est imago dei et in quantum deum imitat et ei obedit et in omnibus alijs odiat eum. Talis dilectio sufficit et tale odium potest stare cum dilectione dei. In primo enim debemus odire vitium et diligere naturam ac etiam in peccatis. Lu. xiiii. Si quis venit ad me et non odit patrem et matrem suam non potest meus esse discipulus. Et sic per sextum. Septimo ostendit quod veritas dilectio sed dei et primum cadit sub precepto et sine utraque non potest esse salus ut per lucam. Diligo deum deum tuum et primum tuum sic te ipsum. Immo finis omnium precepti est dilectio quia in his duobus mandatis uniuersa lex pendet et propheta. Th. i. Finis precepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. Ro. xii. Qui diligit proximum lege adimpleuit. Nam non adulter non occidit non fur non falsus testis et si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur. Dilige proximum tuum sicut te ipsum. Et sic patet totum.

Dominica secunda post trinitatis de euangelio ser. lxxviii.